

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amicicia cf  
cum uariis

Qui se spectat et propter hoc ad amiciciam uenit, male cogitat. Quemadmodum cepit, sic desinet. Necessae est ut inicia inter se et exitus congruant. Qui enim utilitatis causa assumptus est, tamdiu placebit, quamdiu utilis fuerit. Hac re florentes amicorum turba circumsedit, circa euersos solitudo est, et inde amici fugiunt ubi probantur.

Seneca IX. epistola ad Lucillum.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Amicicia cf] Amicicia cr L<sup>2</sup>; hac re florentes] hunc florens L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; re florentes] reflorentes P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>; inde] ueri P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; fugiunt] unde *add. (del. sub lin.)* C